



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Monachus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

mens V. inhibuerat sub excommunicatiōne relinquī, sine licentia Sedis Apostolicae. tom. 3. q. 5. art. 1.

Fratres deputati feruitio Monasteriorum Sanctæ Claræ, nequeunt habere administrationem temporaliū, quorum sunt incapaces; sed tantum spiritualium. art. 2.

Bona Monasterij destructi sunt transferenda ad illud, ad quod Monachi sunt translati. art. 4. & 5.

M O N A C H V S.

Monachi nomen solitarium, & quid triste significat, vnde ius quosdā reos cum Monachis in monasterium detrudit, quasi in honestum carcerem, & locum pœnitentiæ. tom. 2. q. 23. art. 7.

Monachatus non præsupponit Clericatum, aut idoneitatem ad illum; vt supponit status Canonicotum Regularium. q. 52. art. 5.

Cœpit Monachatus, quando olim cœperunt aliqui solitariam vitam agere, qui postea in Congregatiōnem se collegerunt à consortio hominum separatam, nunquam tamen potuerunt Iudicem ordinariū super se constituere, licet eorum

eorum Abbas semper habuerit potestatem in eos quodad Regulæ obseruantiam. Vnde antiquitus omnes Religiosi, etiam qui modò sunt exempti, subdebantur nō minus quam alij Clerici Episcopis, qui erant veluti Generales in suis Diœcesibus
q. 64. art. 1.

Monachus valens aliquid in communi possidere, mortuus quidem reputatur morte ciuili, sed secundum quid tantum scilicet quoad ea quæ in iure exprimuntur: vnde non perdit ius acquirendi, nec pristinam nobilitatem respectu sacerdotalium, retinet etiam ad vitam maioratum, non autem Marchionatum, Comitatum, &c. q. 79, art. 12.

MONIALIS.

Vide *Illegitimus, Minister Provincialis, Monasterium, Paupertas, Protector, Statutum.*

Evgenius IV. concessit Moniali-
bus primæ Regulæ Sanctæ Clariæ, quæ alias Collectaneæ dicun-
tur, vt non teneantur incedere nudis pedibus, sed possint deferre ea

quæ